



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitivm Perfectionis, Et Virtvtvm Christianarvm

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

XXVIII. De electione spirituali, quantique ea sit momenti, & aliqua
suggeruntur eius bene fructuoseq[ue] habendæ memoria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40072

suit ante, & adeo in via Domini non progrediatur, ut potius retrocedat. Adeo ut aut ad ulterius tendendum animetur, aut saltem magna sui id quod sibi in perfectione deest, confusione suppletat. Quamobrem magni semper emolumenti & profectus occasio id esse sollet, eo praesertim tempore, quo quis Exercitia obit.

CAPUT XXVIII.

De lectione spirituali, quantique ea sit momenti, & aliqua suggestione eius bene fructuoseque habenda media.

LECTIO orationis soror est, magna eiusdem adiutoria & subsidium. Vnde Timotheo suo suadet Apostolus Paulus, priori ad Timotheum quarto, versiculo decimotertio, evit attenderet: *Attende lectioni.* Tam porro spiritualis haec lectio necessaria est ei, cui Deo seruire propositum est, vt Athanasius in quadam ad Monachos exhortatione dicat, *Sine loquendi studio neminem ad Deum intentum vides, quod qui intermitteret, statim in suo profectu deficere ac retrocedere comperietur.* Quare Diuus Hieronymus epistola ad Eustochium virginem, sacram hanc lectionem etiam atque etiam illi commendat: *Tenenti, inquit, codicem somnus obrepit, & eadem faciem pagina sancta suscipiat:* Quin adeo sancti omnes mirum in modum spirituali hanc lectionem commendant. Quantorum vero ea commodorum sit procreatrix, quotidiana fatus nos docet experientia: cum omnes historiae illustribus, quas eius adminiculo Deus est operatus, conuersationibus sint referata.

Lectio spirituali quotidianis surpada. Quoniam vero lectio haec tam necessaria & potens est ad in spiritu proficiendum ratio, hinc ipsi Religionum sacra-

rum institutores, partim Apostoli doctrina, partim autoritate & experientia sanctorum nixi, in suis Regulis statuerunt, ut quotquot suum institutum prosterent, quotidie spirituali lectioni insisterent. Sic Humberto teste Sanctus Benedictus quotidie praestitutum aliquod lectioni huic in suis Monasteriis tempus esse voluit; adhac, ut tempore illo duo de senioribus monachis domum rotam obirent, inspecturi num quis lectionem hanc aut ipse omitteret, aut ut ab alio eadem omitteretur, in causa esset. Vnde manifeste patet quo illam ipse loco habet: simul etiam per transennam notandum, quam sunt visitationes illae, quae quotidie in dominibus nostris eo tempore quo spiritualibus exercitiis vacatur, peragi solent, in veterum Sanctorum doctrina ac praxi fundatae. Qui porto in hoc deliquerit, cum prima ac secunda vice leniter blandeque corripit sanctus ille Patriarcha yolebat; sed si deinde non resipisceret, tertia vice ita castigari, ut exemplo illius certi mecentes à simili sibi delicto cauerent.

In Societate vero ad hanc spirituali lectionem singulare quadam regula obstricti sumus, que iubet: *Singuli praeferunt sibi tempus sua conscientia biu quotidie minime examinanda, orationi, meditationi, lectione, que impendant cum omni diligentia in Deum.* Ipse etiam superior domus ac rerum spiritualium praefectus curare iubet, ut singuli quotidie aliquod lectioni pietatis tempus impendant.

Et generaliter, quicunque virtutis ac perfectionis studio intendunt, medium hoc indies in spirituali aliquo libro legendi usurpare ut saluberrimum conseruerunt; hinc, ut omnes id maiori cum fructu peragant, aliqua hic adferemus, quae ad bene ipsum obeundum auxilio est & sui poterunt.

Sanctus Ambrosius exhortando nos, ut quocunque possumus, tempus orationi ac lectioni spirituali dederimus, ait, *Curnon illa tempora, quibus ad Ecclesias*

legandi

Ecclesia vacas, lectioni impendas? Cur non Christum reuisas, Christum allogaris, Christum audias? Nam illum, inquit, alloquuntur, cum oramus, illum audimus, cum diuina legimus oracula. Hæc igitur sit prima fructus è lectione spirituali colligendis ratio, ut scilicet ipsi nobis persuadeamus, nobiscum Deum quodammodo colloqui, & nobis ea quæ è libro legimus, dictare.

Hoc quoque medium notat Augustinus, dum ait; Ita Scripturas sanctas legem, ut semper memineris Dei illa verba esse, qui legem suam non solum scribi, sed etiam impleri subet. Quin & aliam considerationem, camque & bo-

Epist. 143. ad Demetria-
dem virgin.

Dicitur: nam & deuotam in primis ad hoc pro-
ducit: Diuina Scriptura quasi littera de-
ficiens ad Patria nostra sunt. Vis, inquit scire,
quo sacra Scriptura legenda sit modo?
Non secus ac litteræ, quæ nobis de
patria nostra allatae sint, è quibus disca-
mus quid in cælo, patria nostra, in qua
patres, fratres, amici, noti ac familia-
res nostri agunt, & ad quam incessan-
ter aspiramus & anhelamus, gera-
tur.

De eadem re loquens Sanctus Gregorius ait nos, dum Sacram Scriptu-
ram (idem quoque de alia qualibet le-
ctione spirituali intelligendum) legi-
mus, animæ oculis quoddam velut spe-
culum obiicere, ut in eo quales interi-
us simus; perspiciamus. Hic siquidem cognoscimus & videmus omne
quod habemus tum bonum, tum ma-
lum: deinde quantum in via spiritus
progrediamur, quam etiam procul ad-
huc a perfectionis meta absimus. In iis
interdum mirabilia sanctorum gesta &
opera referuntur, ut iis lectis ad eorum
imitationem prouocemur, & ne, vissi il-
lustribus illorum victoriis ac triumphis
in tentationibus ac laboribus fracti debi-
litatique fatiscamus.

Alias ibi non solum virtutes ipso-
rum, sed & graues lapsus enarrantur,
Rodriuez exercit. pars I.

vt in illis, quid nobis imitandum, in his virtutes nos
vero quid cauendum ac metuendum sit, erudirent.
videamus. Sic in sacris litteris alias no-
bis in exemplum proponitur Job, spumæ
instar, allisone & in medio temptationum
excrescens; alias vero Daud, qui ei-
dem ingruentibus diffuxit ac dilapsus
est: ut ille nos tribulationibus obrutos a-
nimet, & in spem erigit; hic vero in sum-
ma prosperitate & consolationibus hu-
milia nos sapere, timere, ac nun-
quam de nobis ipsis presumere aut con-
fidere, sed magna cum circumspectio-
ne & cautela in omnibus ambulare do-
ceat.

Vnde bene Augustinus: Optime, in-
quit, uestis lectione diuina, si eam tibi ad-
hibeas speculifice, ut ibi velut ad imagi-
nem suam anima respiciat, & vel fœda
quaque corrigat, quæ ibi reprehendun-
tur, vel pulchritudinis ornata, & iis, quæ i-
bi leger exemplis & virtutibus sece con-
decorerit.

Vtautem in singulare ad modum hac
in reserandum veniamus, notemus o-
portet quod hæc lectio in utilitatem ce-
dat, eam nec festinatam, nec precipita-
tam (ut historiam aliquam legere sole-
mus) sed maxime distinctam & atten-
tam esse debere. Nam sicut pluia præ-
ceps & nimbus vehementiæ terram non
penetrat, nec fertilem reddit, sed lenis
& rarius; ita, ut lectio in cor ingredia-
tur & amplius penetret, necesse est e-
am distincte, interrupte, & cum matu-
ra quadam rei lectæ excusione fieri. Bo-
num ergo & consultum est, ut, cum in
pium aliquem locum incidimus, in eo
paulo diutius hærentes subsistamus, &
veluti stationem quandam figuramus, tum
lecta ruminando, tum per ea volunta-
tem mouere & coneitare procurando, eo
plane modo, quo id in meditatione fit
quod etsi in meditatione fiat diutius ac
productius, in qua nimis rebus cogi-
tatis amplius inhæretur, eæ ruminantur,
& velut digeruntur; aliquo tamen modo
Gallibentia
legenti imi-
tandi.

Ee id et-

id etiam in lectione spirituali obseruan-
dum est.

Bernardus Ep.
sue tract. ad
frat de monte
Dei. Et in
spec. mon.

S. Ephrem.
ser. 7. Chrys.
hom. 29. sup.

Gen.

Aug. ser. 38.

ad frat. in

Erema.

Lectione oratio-
nem iuvat. sfer-
misi.

Atque id fieri suadent sancti, docent
que in lectione spirituali imitari nos de-
bere bibentem gallinam: haec namq; cum
aque pauxillū bibit, statim caput sustol-
lit; dein rursus aliquantum sumens, rur-
sus caput eleuat.

E quo ad oculum patet, quis ora-
tionis & lectionis sit consensus, quam
vna alteri subueniat: in tantum qui-
dem, vt dum aliquem primo sensim ad or-
ationem mentalem frequentandam in-
ducere, & in hoc paulatim ac pedeten-
tim procedere volumus (ita scilicet id ex-
igente hominis dispositione) ei ante omnia
consulamus, vt libros quosdam spi-
rituales legat, & in hac lectione aliquas
stationes & velut pausas, eo quo diximus
modo, faciat: quia saepe per hanc Domini-
nus viam hominem ad orationis exerci-
tium solet conducere. Quin imo solemus
nonnullis, quando orationem facere
nesciunt, ac nihil boni in ea sibi facere
posse videntur, consulere, ut aliquid li-
brum pium in manus sumant, & oratio-
nem cum lectione coniungant; aliquid
scilicet è libro legant, & mox illud
meditentur & super eo orationem insti-
tuant, deinde rursus ad lectionem re-
deundo, paululum è libro suo legant,
vt ante.

Lectione oratio-
nem iuvat.

Hoc namque pacto intellectus cum
verbis lectis sic adhærescit, non tam li-
bere potest se in diuersas imaginatio-
nes & alienas cogitationes diffundere,
vti dum effusis habenis li-
ber & dissolutus est. Adeo vt & in lec-
tione orationem nobis instituere li-
ceat.

Eadem enco-
mia lectionis
& orationis.

Hinc tanti lectionem spiritualem
sancti Patres faciunt, vt easdem pene in
ipsum, quas in orationem, laudes & pre-
conia effundant. Docent namque ipsam
cum spiritualem animæ cibum esse quam
eam corroboreret, & aduersus tentationes
constantem reddat; quam bonas sanctas
que cogitationes, ac desideria cæle-

stia in ea progignat; quæ intellectum
nostrum illuminet; quæ voluntatem
inflammet & accendat; quæ sæculi ini-
stias auferat; quæ veram, spiritualem,
ac secundum Deum lætitiam in ani-
mo producat, aliosque id genus effectas
causetur.

Aliud ad è lectione spirituali fru-
ctum capiendum monitum dat Sanctus Bernardus, dicens, Si ad legendum acci-
dat, non tam querar scientiam, quam sap-
orem & gustum voluntatis nam solum intel-
lectus scientia aridum quid est, nisi vo-
luntati ea applicetur, vt per eam scili-
cer affectus fouetur, & deuotio animi
conseruetur, vt pote quæ lectionem &
succidam ac fructuosam reddit, & cuius-
dem finis est. Est hoc in primis notan-
dum: magna quippe est inter lectionem
quæ pure tantum, ad sciendum & eam
quæ ad in spiritu proficiendum suscipi-
tur; inter eum quam propter alios, & eam
quam propter se quis instituit, dif-
fertia. Primum namque quoddam
velut studium est, alterum lectione spi-
ritualis. Quocirca si, dum legis, id ip-
petas vt aliquid vel tibi addiscas, vel no-
tes quod postea aliis prædictes & denun-
ties; erit hoc non nisiceu quoddam stu-
dium propter alios institutum; non as-
tem spiritualis lectio, ad tuum profi-
ctum suscepta. Alia ad id tempora fa-
commoda non defunt: Ecclæsia, ser-
tio, versiculo primo: Nam omnia tempus ha-
bent, tempus porro lectionis spiritualis
non est ad hoc, sed ad illud quod dixi-
mus, institutum.

Eadem de causa commendant hoc
loco etiam Patres, vt non multa eodem
tempore legantur, nec multa simul pagi-
næ obiter percurrantur, ne spiritus pro-
lixia lectione defatigetur potius quam
recreetur.

Quod & nouum documentum est,
ac bonum & necessarium in primis non
nullis, qui omnem in eo felicitatem fu-
am collocare videntur, quod multa le-
gant, & multos libros euoluant. Quomodo
admo-

admodum enim non multorum ciborum ingestio corpus humanum sufficit, sed bona paucorum alimentorum digestio; ita nec animam multa alit lectio sed bona lectorum ruminatio ac digestio. Vnde etiam suadent, non passim difficultas & obscuritas, sed facilitas; & potius deuota quam inuoluta & intricata in lectione spirituali legi debere: difficultas namque & obscuritas deuotionem fatigare, & spiritum extinguere & arefarcire solent.

Hugo de Sancto Victore, quendam Dei seruum per visionem a Deo monitum suis scribit, ut rerum obscurarum lectione omisla, vita ac martyria sanctorum, alias que simplicia & deuota legeret: quorum etiam lectio post magnum illi in spiritu profectum attulit.

Quocirca bene Sanctus Bernhardus: Sed & de quotidiana lectione aliiquid in ventrem memoria dimittendum est, quod fidelius digeratur, & rursus reuocatum crebrius ruminetur, quod proposito conueniat, quod intentioni proficiat, quod de-

tineat animum, ut aliena cogitare non libeat.

Sicut enim ideo cibum corporalem non comedimus, ut illud temporis quo comedimus spatiuum commestioni impendatur; sed tantum vi in virtute illius alimenti, quod tum quidem sumimus, toto die & reliqua etiā vita laborare possumus: ita lectio, que spiritualis animae nostrae cibus & refectio est (quia Dei sunt verba) non tam servit, ut tempus quo legimus, bene insumatur, quam ut aliquem postea per diem ex ea fructum capiamus.

Bonum quoque erit, nosque omni inter permulum iuuabit, ut antequam legere incipiamus, cor ad Deum sustollamus, gratiam ab eo poscentes, ut quod lecturum, in utilitatem nostram cedat, cordis fibris intimis insculptum & infixum maneat, & per id erga virtutem animationes, & erga id quod muneris nostri est, magis illustrati ac resolutiores fiamus. Sic legimus Sanctum Gregorium,

antequam lectione se applicaret, semper oratione praemissa, ad eam se preparasse, ac illum Psalmistæ versiculum, *Psalmus centesimo decimo octavo, versiculo centesimo decimoquinto: Declinate à me maligni, & seruitabor mandata Dei mei, recitare solutum.*

Vt vero lectionem hanc spiritualem *Lectio concione pluris faciamus, & ad candem magis a. newsuperae.* nimenur, solent eam sancti Patres auditioni verbi Dei assimilare, dicuntque quod, esto lectio tanta non sit energiæ, quante viua vox, alias tamen utilitates includat, quibus vicissim conciones carent.

Primo, quod prædictore quis semper & omni tempore ad manum habere non potest, ut bonum aliquem librum.

Deinde, quod bene dictum est in con-

cione, statim pertransit, ac proinde tan-
tum in me effectum non facit: at quod li-
ber bonum continet sepe reuoluti, rumi-
nari, & ponderari potest, ac per conse-
quens maioris est roboris & energiæ.

Tertio bonus liber bonus ac sincerus mihi est consiliarius: nam, ut bene dixit *No crubescit.* Philosophus, Quod amicus vel consilia-

rius dicere mihi interdum non audet,

liber intrepide dicit ac suggerit, vicio-

rum meorum ac defectuum me commo-

nens modo me obiurgans, modo exhor-

tans.

Quarto, per lectionem conuersor & colloquor cum iis qui librum conscri-
perunt: hinc aliquando cum Bernar-
do, subinde cum Gregorio, modo cum Basilio, alias cum Chrysostomo
colloqui, eos velut præsentes loquen-
tes audire, & auscultare, ea quæ mihi di-
cunt, potero, perinde ac si tunc illorum
forem discipulus.

Quare dicunt, nec immerito, libros bo-
nos, ob ingentes quas ex iis haurire diui-
tias & bona licet ceu publicum ac paten-
tem quendam thesaurum videri.

Tot tantaque denique sunt bona,
& comoda, quæ è spirituali lectione
proficiuntur, ut Sanctus Hierony-
mus de interiori animæ astu loquens, ma-

Ecc 2 roget,

*4. Dar copiam
colloquendi cū
ipsis Scripto-
ribus.*

*Libris sunt
thesaurus.*

*roget, vbinam hoc incendium & flam-
ma consistat: ac respondeat, minime du-
bitandum esse, quin id in sacris litteris,
per quarum lectionem anima in Dei a-
morem incenditur, & ab omnibus viti-
is suis expurgatur, situm sit. Et ad hoc
propositum adfert illud, quod duo illi
Discipuli, quibus in Emaus castellum
abeuntibus in via Christus in forma &
specie peregrini apparuit, & quibus
cum è sacra Scriptura multa loqueba-
tur, illo disparente ad inuicem dixe-
runt: Nonne cor nostrum ardens erat in
nobis cum loqueretur in via, & aperiret no-
bis Scripturas? Nec non illud Dauidi-
cum: Eloquia Domini eloquia casta, ar-
gentum igne examinatum. Psalmo unde-
cimo, versiculo septimo. Et Sanctus Am-
brosius sacram lectionem esse ait ceu a-
nimæ vitam, vt pote testante id Domini-
no.*

*Quod autem inquit sacrarum litte-
rarum leatio vita sit, Ioannis sexto, versico
sexagesimo quarto. Dominus testatur,
dicens: Verba qua ego loeutus sum vobis,
spiritus & vita sunt. Ut ergo vitam spiri-
tualem viuamus, ac semper in spiritu, at-
que in amore Dei ardentes & inflammati
ambulemus, sacrae lectioni serio nos ap-
liceamus, & eo quo diximus modo eam
vñurpemus.*

*Multa adferre exempla possemus,
ad bona & utilitates magnas, quæ hac
ex lectione sequuntur, adstruendas;
sed unum Sancti Augustini attulisse fa-
tis erit in præsens, quod etiam singula-
ria continet documenta. Refert ergo
Sanctus hic Præsul, Venisse ad se quodam
die nobilem ex Africa virum, nomine
Politianum. Hic ei narrabat quæ pa-
sim per orbem de Magno Antonio pro-
digia & mira sermone omnium sparge-
bantur. Addebat inter cætera, se, inter-
rim dum Imperator Treueris spectacu-
lis publicis se oblectaret, cum aliis tribus
sociis, Imperatoriam curiam etiam se-
stantibus, in hortos suburbanos animi
causa deambulatum exisse, & illorum*

*duos ab aliis diuulsoſ, in quandam e-
remicolaſ casulam incidisse, inque cali-
brum, quo Magni Antonii vita scripta
continebatur inuenisse.*

*Horum alter cum legere in coinci-
peret, illico cor eius sancto quadama-
more cœpit inardescere, & suipius per-
tensus, amico ait, Dic mihi, obsecro,
quid omnibus illis laboribus nostris,
quos tot annis castra Imperatoris fe-
quendo, & toties magno cum vite di-
crimine configiendo, subimus, specta-
mus? Melioremne sortem nanciscemur,
quam vt in interiorum Imperatoris fa-
miliaritatem & amicitiam admittamus?
In hoc vero statu quam omnia sunt tur-
binibus, viciſſitudini, mutationi,
summoque periculo obnoxia! Et ad
hoc ingens periculum per quam multa
variaque pericula peruenit! Amicas
autem Dei si voluero, ecce ex hoc eſſe
momento poſſum.*

*Hæc dicens, per nouæ vitæ quam
cœperat parturitionem nonnihil turbat-
us, iterum suos ad librum oculos reu-
lit, introrsumque animo mutatus, rebus
mundanis, vt quidem statim videre fuit,
serio valedicere proposuit. Ut enim le-
gere cessauit, multisque in corde illius
cogitationum fluctibus, in diuersa plen-
tibus, ad speciſcopulos collisſis, & al-
lum ſuſpirans, ſocio dixit: Equidem
iam totus quietus & tranquilla ſum
mente, iam ab omni ſpe noſtra & pri-
tentione animum abrupi, ſic Deo ſer-
uire plane mecum ſtatur, & iam inde
ab hac hora iſthoc in loco hæbreo.
Tu, ſi ſequi piget & imitari, mihi ſal-
tem noli obſtaculo eſſe vel adueſſan-
ti. Tum alter, tam luculentia affulgentia
boris ſpe, ſe ab eo diuelli, aut eius ſoci-
tatem derelinquere poſſe negauit. Qua-
re ambo ſufficientibus ſampibus com-
paratis, omnia ſcilicet quæ habebant re-
linquendo, spiritualis vita adſiſſum
conſtruere cœperunt, ac Christum nudum
nudi ſequi; quin & (quod non minus mi-
randum) ſponsas, quibus ambo delponi-
erant,*

*Lectio ſacra
ceu ignis ac-
ſendit anima.*

Serm. 3. 55.

*Lectio ſacra
vita anima.*

*Lib. 3. Confef.
c. 6.*

erant, magna constantia deseruere, quæ pio sponsorum suorum auditio proposito, Deo se pariter consecrarent, virginitatisque votum conceperunt. Hæc de aliis quidem commemorat Augustinus: sed hoc apud eum exemplum tanti fuit roboris, ut statim apud amicorum suorum quempiam, magno animi motu exclamans dixerit: *Quid agimus? quid est hoc?* Surgunt indocti, & cœlum rapunt; & nos cum doctrinis demergimur in profundum. Rem prosequens Augustinus, hoc in sensu & lancinantis animi motu in vicinum se ait hortum abiisse, & sub sicu quadam prostratum, & lacrymis habendas laxando, magna cum cordis angustia & turbatione dicere cœpisse: *Et tu Domine usquequo? Usquequo irasceri in finem? nesciet finē ira tua? ne reminiscaris Domine iniquitatum nostrarum antiquarum.* Et hæc verba, *Usquequo, usquequo;* nec non, *Cras, cras: quare non hodie? cur non hodie*

finis turpitudinis mea? Magno quodam pietatis sensu ac motu animi identidem repententi & ingeminanti vox de cœlo allapia est, clamans, *Tolle lege, tolle lege.* Tunc se de loco, in quo sedebat, surrexit ad codicem sacrum, quem apud se habebat, in manus accipendum, ut aliquid in eo legeret. Audiuerat namque, *ne rera.* bunc ipsum Antonium, dum casu in templo ex Euangelio audit legi, *Vade, vende Matt. 19. 21.* omnia qua habes, & da pauperibus, & veni sequere me, & habebis thesaurum in cœlo, omnibus quas possidebat, facultatibus abdicatis, Christum Iesum sequi proposuisse. Hoc ergo se exemplo, & magis voce audita commotum librum arripuisse, & in eo leguisse scribit. Quia in lectio- ne tantam illi Deus Pater lumen lu- cem infudit, ut omnibus qua mundi sunt, relictis, totum se illius obse- quio manciparit.

**

TRACTATVS SEXTVS

De Præsentia Dei.

CAPUT I.

De exercitiū huius præstantia, deque magnis qua eodem continentur, bonis.

Quite Dominum & confirmamini: quare faciem eius semper, ait Vates Regius. Per faciem Domini, inquit Augustinus, ipsa eius intelligitur præsentia: ac conseruent faciem Domini querere, aliud non est, quam semper in eius præsentia ambulare, cor ad ipsum per pium desiderium & amorem conuertendo. Hesychius porro in ultima centuria (citatur hunc quoque S. Bonaventura) ait, sem-

per in hoc præsentia Dei exercitio ambulare, esse quodammodo beatitudinem cœlestem in hac vita auspicare: Sanctorum quippe beatitudo in perpetua Dei visione consistit, nunquam ut eius conspectu priuentur. Cum ergo in hac vita clare & vti reuera est Deum videre non possimus (quia id beatorum proprium est) nostro saltrem modo, & prout id humana fragilitas feret, eos imitemur, semper & vbique Deum videre, intueri &

Ee 3 amare